

1511. Julij 25.

Sigism: 1. Rex Polonia Joanni
Boturzynski Theloneatori Posnane,

Inose Fidelis dilecte! Tametsi sciamus face-
re te diligentiam, ut ex Teloneis Nris utilitates
Nras proueres, tamen hortandum te putauimus,
ut in hac re diligenter inuigiles precipueris ne
a mercatoribus fraudes committentur in damnum
Nrum, et uem commode poteris, significes no-
bis, quomodo res hoc Anno procedat sub ista
prohibitione aduersus Vratislavienses facta.

119
Scripsimus etiam tibi, ut per aliquem fidum
exploratore in mundanis Vratislaviensibus perqui-
sires, si quis e Regno mandatum nrum te-
merans illi fuerit. Si quid itaque hac in re
fecisti, opus est ut sciamus. Supplicanti-
bus Vratislaviensibus, et equitate id sua-
dente, admisiuimus, ut debita sua a Regnicolis no-
stris exigant. Ita tamen quilibet Rnum No-
strum ingrediens a custodibus Teloneor Nrorum
Lras patentes suum ingressum testificantes reu-
piat. Et postea, ubi actiones pro debitis habitur-
us est magistratibus se uem ejdem Lris re-
presentet, ut ingressus et egressus eorum sciatur.
Tu itaque in hac re accuratior sis et substitu-
tos tuos edoceas quemadmodum se in hac re
gerere debeant. Et tamen provideas, ne mer-
ces ex quauunque causa Vratislaviam, aut ex
Vratislavia ad Regnum ducant. Facturi pro
Gratia Nra. Datum ex Posnania 25. Julij 1511.

